



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Conciliarvm Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia

Ab anno DCCCCX. ad annum MLXXIII.

Parisiis, 1644

Epistola VII. Alexandri Papae II. Ad Episcopos Daniae. Pro Synodo
celebranda.

urn:nbn:de:hbz:466:1-15625

Ego Mainardus Dei gratia Siluacandidæ dictæ episcopus, apostolica sedis legatus, huic constitutionis paginæ a me factæ subscripsi.

Ego Ioannes sanctæ Romanæ ecclesiæ cardinalis presbyter, atque eiusdem legatus, huic constitutioni subscripsi.

EPISTOLA VII.

ALEXANDRI PAPÆ II.

AD EPISCOPOS DANIÆ.

Pro Synodo celebranda.

Alexander episcopus seruus seruorum Dei omnibus episcopis in regno Danorum constitutis, apostolicæ sedis & nostro vicario obedientibus, salutem & apostolicam benedictionem.

HAMBVRGENSIS episcopus, venerabilis vicarius noster, literis & legatis suis conquestus est, quod quidam Edbertus Fariensis episcopus multis criminibus inuolutus ad Synodum suam per triennium vocatus venire contempsit. Quod quia consilio quorundam vestrorum dicitur esse factum, mandamus, & apostolica auctoritate præcipimus, vt ab huiusmodi recedatis omnino consilio, eumque ad audientiam prædicti fratris nostri ire admo- neatis, quatenus post factam examinationem canonicè iudicetur. Et alia, quibus ibi præcipitur vt ei obediant, & satisfactionem exhibeant.

FRAGMENTVM EPISTOLÆ VIII.

ALEXANDRI PAPÆ II.

AD VVILIELMVM REGEM ANGLORVM.

Pro exactiōne denarii sancti Petri.

Idem Alexander Vvilielmo regi Anglorum.

Nouit prudentia tua Anglorum regnum, ex quo nomen Christi ibi clarificatum est, sub apostolorum principis manu & tutela extitisse, donec quidam membra mali capitis effecti, zelantes superbiam patris sui satana, pactum Dei abiecerunt, & Anglorum populum a via veritatis auerterunt. *Et paulo post*: Nam, vt bene nosti, donec Angli fideles erant, piæ deuotionis respectu ad cognitionem religionis annuam pensionem apostolicæ